

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Vorst Friedrich Fabricius

De Homonymis Et Quae Inter Ea Sunt, Analogis Exercitatio

Rostochi[i]: Richelius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730216500>

Druck Freier  Zugang



Rbd phe 730
Gebauer Konstanz
Frederick Fabriking



14

ΣΥΝΘΕΩ
DE
HOMONYMIS
ET QUÆ INTER EA SUNT,
ANALOGIS
EXERCITATIO,

Super quæ

In Academiâ Rostochiense

disputabitur publicè

P R Ä S I D E

M. JOHANNE VORSTIO,

RESPONDENTE

FRIDERICO FABRICIO,

die V. Octobris.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Sen. Typogr.

XIII

Anno c 1710 L.

VIRG

Admodum Reverendo, Parvissimo et Excellentissimo Dr. JOHANNI REINHOLDI,
SS. Theologiae Doctori celeberrimo, Serenissimi Holstia Ducis Superintendenti Gene-
rali dignissimo, Qusdem Celfit: Concionatori, Auctio, Mecanati et Patrono suo octe-
num colendo Logica hac exercitatione studiorum quodammodo rationem reddit

Eg. admod. R. D.

obseruantissimus

SERENISSIMO AC CELSISSIMO
PRINCIPIAC DOMINO,
DNº. FRIDERICO,
HÆREDI NORWEGIÆ, DUCI SLESVICI,
HOLSATIÆ, STORMARIÆ ET DITHMARSIAE,
COMITI IN OLDENBURG ET DELMENHORST,
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

DA veniam, patriæ Princeps Celsissime terræ,
Si timet aspectum parva Camœna tuum.
Non ego sepositis egî mollissima curis
Otia, Pieris haud adamata Deis.
Pocula nec dulci præbens circumlitafuco
Implicuit sensus blanda Vacuna meos.
Sola verecundum reverentia jussit alumnum.
Tangere non puro limina sacra pede.
Quæ, FRIDERICE, Tibi, Dux inclyte, præmia reddam,
Gratias i meritis est referenda tuis?
Me prius æquoreos fluctus, me sidera posse,
Quotjvigint plantæ, commemorare puto,
Quam tot fœundi percurrere dona favoris,
Quæ dedit augustæ gratia larga manus.
Interea viles non aspernabere curas,
Et leve quod calamus deproperavit opus.
Sic, ubi majores paulatim collar ad ausus,
Protinus in laudes fortior ibo tuas.
Tu mihi si facilem non dedignaberis aurem,
Augustos credam nunc rediisse novos.

TUÆ CELSITUDINIS
humillimus Servus, Cliens, & Alumnus
FRIDERICUS FABRICIUS.



I.

Clarissimus Vir Petrus Gassendus inter alia quamplurima,
quæ in Aristotelis scriptis reprehensione digna iudicavit, eti-
am illud reprehendit, quod Aristoteles in Dialecticam trans-
tulit definitiones Homonymorum, Synonymorum, & Paronymorum:
deinde, quod definitionem ac partitionem Dialecticas omisit. Prius nim.
illorum superfluum iudicavit esse: posterius vero in male neglectis
numeraverit. Nobis in his, ac in aliis quibusdam Vir Cl. non videtur sa-
tis habuisse causæ, quamobrem Aristotelem reprehenderet. Quod enim
ad posterius attinet, primò id videtur minus redele, tanquam certum &
indubiatum supponi, ordinem illum, quo Aristotelis libri in Organo
sunt dispositi, ab ipso Aristotele esse profectum, ipsumq. autorem volu-
isse absolutum Dialecticæ systema componere, cui adeò definitio Dia-
lecticæ, ejusq. partitio merito debuerit prafigi, ut in libellis factum vi-
demus, qui nostrâ ætate prodierunt. Deinde, si omnino pertendit Vir
clarissimus, necesse habet simul reprehendere Euclidem suum, utpote
qui uidem omisit lumina illa, ut Gassendus vocat, quibus omnis legi-
tima tractatio sit illustranda. Sanè hic, cum aliquot Mathejeos paries
propositurus esset, neque ipsis partibus præmisit definitiones earum,
neque toti operi. Reprehendendi forent & alii veterum: ac ipse
Aristoteles non in his tantum, sed in aliis quoque operibus. Nobis
vero ille veterum mos adeò non displiceret, ut etiam existimemus, in-
tempesli. vè gnarum esse eum, qui anè, quam disciplinæ alicujus quic-
quam proposuit, de ejus definitiōne ac partitione prolixiorē facit

A 2

diezoder,

diezod^e, & fusiū disputat, quodnam sit verum genus disciplinæ, quā differentiā ab aliis disciplinis separetur, & de id genus alii. Atque ut de Logicā sive Dialecticā seorsim dicamus, ea sanè conscribitur, ut rudes erudiantur. Ut autem commodè hoc fiat, judicant omnes, ea, quæ faciunt ad alia intelligenda, præponenda esse ius, ad quæ intelligenda faciunt. Quod si recte habeat, non potest Logices accurata definitio intelligenda proponi ei, qui nondum didicerit, quid ars sit: quid scientia: quid habitum organicum vocent: bonam definitionem ex genere & differentiā constare debere. Hac enim ad intelligendam Logices definitionem plurimum faciunt: imo sine illorum cognitione definitio ista intelligi prorsus nequit. Proponuntur autem illa cum demum, partim cum paucæ quædam, partim cum jam permultæ ipsius disciplinæ particulae sunt expositæ. Quod Tullii de definitionibus pronunciatum ex I. Off. laudavit Gaffendus, id sanè tum, cum Aristotelem reprehendit, inconsuliē fecit. Exponendum putavit Tullius, quid sit officium, & quotuplex. Ipsius autem nōayualēas, sua definitionem non creditit perinde opus esse proponi. Non dixit, inquam, an sit ars, an verò prudentia, aut aliud quiddam. Euclides etiam satis, puto, bene definit ea, de quibus disputat. Exponit verbi causā, quid sit linea, quid circulus, quid parallelogrammum, quid catetus. Definitionem autem ipsius disciplinæ, quam tradidit, aut partium ejus, non putavit necessariò esse præmittendam, nec, si non præmitteretur illa, opus suum minus perfectum & mancum ideo fore.

II. Quod definitiones homonymorum, & synonymorum Gaffendus judicavit in Logicis superfluum quid esse, & ad artē Grammaticam allegandas, in eo iudicem vehementer ab ipso nos dissentimus. Vulgaris sanè & proba sententia est, in Logicis inter alia tradenda esse talia, quibus prima mentis operatio, quam notionem, & conceptum vocant, dirigatur ut nimirum ista optimè insituatur. An verò ad ipsum quidquam magis est necessarium, quam moneri nos, esse res, quæ uno vocabulo quidem appellantur: non tamen secundum illud vocabulum eodem

dem modo definita sint ē unum vocabulum esse signum diversissimo-
rum conceptionum, & cavendum igitur esse, ne sub uno vocabulo eun-
dem conceptionem semper formemus? Quod ad Grammaticum attinet,
non negligit quidem & ille vocabulorum significatus, dum eorum dō-
cet, & modum ea conjungendi considerat. De accuratis tamen conce-
ptibus non perinde est solitus, ut Logicus sive Dialecticus. Non do-
cet, inquam, per suam artem res accuratè definire, ac dividere. In
eam sententiam non male à Zaharellā est scriptum, Logicum pri-
mariò conceptus respicere, secundariò voces: contra
Grammaticum primariò voces, secundariò conceptus, l.i.
de nat. Log. c. X. Logicæ sive Dialecticæ definiti officium jam
olim assignarunt docti. Platonis mentem his verbis exponit Alcinous:
Dialecticæ facultatis elementum primum Plato esse vult
imprimis rei cuiusque essentiam, deinde quæ accidentum illi
advertere. Quid autem unumquodque sit, considerat vel
à superioribus dividendo, atque definiendo, vel ordine
inverso, resolvendo. Ciceronis verò eandem esse mentem, tum
ex aliis, tum ex his, quæ sunt in l.i. de fin. licet intelligi: Jam in al-
terà Philosophiae parte, quæ est quærendi ac disserendi,
quæ ἀριστος dicitur, iste vester (Epicurus) plane, ut mihi qui-
dem videtur, inermis ac nudus est: tollit definitiones:
nihil de dividendo ac partiendo docet &c. Nec alia est ali-
orum, tam veterum, quam recentiorum sententia.

III. De exiguâ istâ Logicæ particulâ, quam contra Gaffendum
ei vendicavimus, hoc est, de homonymis, lubet nobis nonnulla, quæ
publicâ οὐγένησεν, sive materia, in chartam conhicere. Homonymo-
rum igitur definitionem proposuit Philosophus in libello κατηγορῶν
istis verbis: οὐγένησεν λέγεται, ὃν ὄνομα μόνον τοιόν· ὃ δὲ τένο-
υσα λέγεται τὸ στοιχεῖον, ἐπερθετικόν. Addit etiam exemplum: Οἷον τένο-
ῦ, τε αὐθεντικόν, η τέλεστα μηδέρου, ὃ δὲ τένονται λέγεται τὸ στοιχεῖον
ἐπερθετικόν. Eas τὸ προδιδών τις πέστιν ἐκπέρων αὐτῶν ταῦτα ζωτικά εἶναι, ιδίων

εὐαίρεις λέγον διπλόωσι. Latina horum versio, quam Jul. Pacius fecit, hæc est: Homonyma dicuntur, quorum nomen solum est commune, ad illud verò nomen accommodata definitio, est diversa: ut animal &, quod homo, & quod pictum est. horum namque nomen solum est commune: ad illud verò nomen accommodata definitio est diversa. Si quis enim explicet, quid sit utrumque eorum, quā animal est propriam utriusque definitionem tradet.

IV. Philosophi, quō in Philosophiā felicius versarentur, fabricati sunt varia vocabula, quibus conceptus, quos super rebus formarunt, exprimerent: plurima etiam ex vulgari usū de prompta in scholis frequentarunt. Prius horum vocarunt ὀνομαζεῖν. De quo Aristoteles alicubi: Εὐτε δὲ καὶ ὄνομαζεῖν τὸν ἔνθετον, εἰς μὴ κείμενον ἢ ὄντες δικέντιον διπλόθειν. Posterior cum fecerunt, vel eodem significatu usurparunt vocabula, quo usū pavii vulgus, vel paululum immutato, ac diverso. Si paululum immutetur significatio, licet id cum Aristotele vocare ὀνομαζεῖν. In eam sententiam Philosophus l. I. post. c. 22. ita loquitur: Εἰ δὲ δεῖ ὀνομαζεῖν τοῦτο λέγειν κατηγορεῖν, si nomina ponere licet, hoc modo dicere datur κατηγορεῖν. Sanè vocabulum istud usū vulgi satis erat tritum. Sed non eodem prorsus significatu, quo Philosophi cœperunt uti. Vulgo quidem significabat illud, quod Latini vocabulo accusare exprimunt. Græcis Philosophis autem id significabat, quod Latini, cum in Logicis versantur, vocabulo prædicare exprimunt. In eandem sententiam Philosophus alibi ita loquitur: & μὴν δὲ κείμει γε ὄνομα, δηλοῦ δει καλεῖν αὐτό, επειδὴ λέγει Θεον, επειδή πατέρας εἶνι. οὐδὲν

V. Posterioris hujus generis videtur esse illud vocabulum, quod in praesentiā versamus. Græcum vulgus ὄμώνυμον appellat eum, quem Latini cognominem licet appellare, hoc est, eum, cui idem nomen proprium est inditum, quod alteri cuidam. Sic Hippodamus Milesius,

Milefius, quem Aristoteles in Politicis reprehendit, ὄμωνυμοῦ fuit Hippodamo Thurio, cuius ποστασιά politica Stobaeus afferavit. Quod cum non observasset Vir Cl. M. Antonius Muretus, in variis suis lectionibus securè scripsit Hippodamo Milefio injuriam esse factam ab Aristotele, quod constet ex Hippodami fragmentis, quæ apud Stobaeum sunt, Hippodami Milefii non istam fuisse mentem, quam Aristoteles in Politicis ei tribuit. Sic ipsi quoque Aristotelis complures ὄμωνυμοι fuerunt, quos recenset Diog. Laertius, ubi Aristotelis Stagiritæ vitam describit. Poterat verò vox & aliud quid significare vulgo, σύμφυλον puta, sive gentilem. Philosophi autem cœperunt significatu paululum immutato uti, ut nimirum ὄμωνυμα dicerent duas, pluresveres, quæ eodem vocabulo in aliquâ lingvâ appellantur, sed ita, ut vocabulum non idem significet, dum utriusque attribuitur.

VII. Cum igitur Aristoteles dicit, ὄμωνυμα dici, quæ solum nomen commune habeant: quæ verò juxta illud nomen essentiæ definitio est, eam diversam esse, nihil aliud videtur velle dicere, quam illud, si duæ pluresveres eandem appellationem habeant, sive uno vocabulo appellantur, ita tamen, ut vocabulum illud, dum rebus attribuitur, non idem significet, Philosophis illas vocari ὄμωνύμες. Potuisset & alio modo Aristoteles idem exprimere, hoc putata: Ομώνυμα λέγω, ἐν τῷ ὀνόματι, καὶ εἰτε. Sic enim alibi frequentissime: λέγω δὲ, λέγω μὴν. Tantum hoc forte interest, quod aliorum quorundam vocabulorum ipse primus autor extitit, vel, ut Philosophici usus essent, effecit: hoc nostrum autem jam ante, quam ipse philosopharetur, receptum ac usu tritum fuit.

VIII. Sed singulas definitionis voces considerare opera & pretium fuit. Principio dicit, homonyma esse, quorum nomen sit commune. Quo ipso innuit, esse, quorum non solum nomen, sed & aliud quid sit commune. Τὸ ὄνομα non contradistinguitur hic τῷ πίματι, ut in libro τελείῳ. & à Gracis Grammaticis fit; sed accipitur pro quacunque voce significativa, id quod recte notavit Ammonius. Tam latè usurpata

usurpata vox est in dicto quoque libro c. 3.¹ Autem propter hoc autem λεγόμενα τὰ ἀρχαὶ, ὅνοματά τι ἔσται τὸ οὐκαίριον τοῦ ἀλέγων τὴν διάνυσσαν, οὐ τὸ ἀνθεῖον ηὔπεμπον.

VIII. Adduncit deinde in definitione hæc: Quæ vero secundum illud nomen essentiæ definitio est, diversa est. Positum est commune nomen diarum plurium ve rerum. Hoc igitur debet esse οὐγγλικόν. Quid autem significet, definitione debet explicari. Si non unum, sed plura significeret, pluribus itidem & diversis definitionibus id debet fieri. Si plura significeret, & pluribus definitionibus ea explicentur, ipsæ res, quibus nomen illud commune est, οὐ ποιητικαὶ dicuntur. In Graeco sunt duæ vocula, λόγος & σοφία. Has nos verius istis Latinis, essentiæ definitio. Alii, non recentiores zanum, sed & antiqui, inter quos Boëthius est, vertunt ita: Substantia ratio.

IX. Duæ Graecæ vocula λόγος & σοφία sunt homonyma, & plura significant. Quod ad priorem attinet, primò quidem illa externam orationem significat, quæ vocum est congeries. Deinde internam orationem, cuius externa signum est. Homonymiam istam ostendunt Graeci, cum vocabulo λόγος addunt Διάλεκτον γῆστρα, οὐ έχω, οὐ εἰστι. Sic Aristoteles l. I. post. anal. c. X. εἰδὼς τὸν έχωντα ή διδεῖξι, αἱλατοῖς τὸν εἰ λύψη, επεὶ δὲ οὐλεγοτούσι. Εἰ δογματικὸν εἴσιν εἰσιν τοις τοῖς έχωντας, αἱλατοῖς τὸν έστω τοις αἰσι. Addunt & alias voculas Διάλεκτον, ut notum est, οὐ έχωντα, οὐ τερποεῖντος. Tertiò vocula λόγος illud significat, quod Latini rationem vocant, & soli homini attribuunt. Exemplum est in his: λόγοι τῷ δημοσιονομίᾳ τῷ λόγῳ εχοντες, l. I. Eth. Nic. c. 6. Quartò significat proportionem. Atque illo significatu valde frequentatur Mathematicis. Quintò significat definitionem quam Graeci οὐλεγοτούσι usitatori vocabulo dicunt. Et quia οὐλεγοτούσι est vel τοῦ οὐλεγοτούσι, vel τοῦ διάλεκτού τοῦ, priorem Aristoteles λόγον οὐλεγοτούσι vocans, sive τὸ οὐλεγοτούσι, & οὐλεγοτούσι, l. II. post. c. II. Sunt & alia vocabuli

bili νόηση significaciones. Quas autem nos recensuimus, sunt illæ, quæ Philosophis præcipue frequentantur.

X. In nostris obtinet illa significatio, quæ postremò omnium est posita. Cum igitur Latinè exprimitur definitio homonymorum, Græcum vocabulum νόηση vertendum fuerit Latinâ voce definitio, quam optimi quique Latini Scriptores olim usi parunt. Annon verò et vocabulum ratio potius substitui? Sane vocabulux illud respondet Græco usitatissimè, cum duobus illâ significat, quâ homo ab aliis animalibus separatus est. Quia igitur in uno significando respondeat, autores respondere jubent et in alius. Hinc fit, ut vocabulum ratio Mathematicis etiam proportionem significet: et Philosophis in universum definitionem. Cum igitur Boëthius ita versisset, ratio substantiæ, necesse habuit vocabuli ratio homonymiam exponere, ac dicere, accipi illud vel pro ratione, quæ est in animâ nostrâ, quæq; idem est cum intellectu: vel pro ratione computationis: vel pro ratione naturæ, hoc est, similitudine, quæ est inter id, quod producitur, et id, à quo produciur, vel deniq; pro definitione.

XI. Vocabulum τοια, quod est in definitione homonymorum, est itidem πολύτονος. Ejus autem πλονυμία expedit Ari-stoteles in quinto Metaphysicorum c. 8. Primo quidem significat id, quod non dicitur de subiecto, sed de quo alia dicuntur. Secundo illud, quod est causa existentiæ, usq; inexistens, quæ non dicuntur de subiecto. Tertio particulam significat, quæ inest alteri illi, quæ definit, et nō est in significat. Quartò significat τὸ τέλον εἴναι, et οὐ νόηση. In definitione homonymorum, quam suprà posuimus, videtur obtinere postrema significatio. Nefti solente id essentiam appellare. Boëthius substantiam appellavit. Quia nim. hæc vox respondet Græca in illo significando, quod per se substituit, ac alteri non inheret, respondere iussa est in altero quoq; significando. Raro ita respondere jubet vulgus. Frequentissimè autem Interpretes, inter

quos & Boëthius est. De LXX. Interpretibus res nota est, quia voces Græca Hebraicæ respondent in uno significando, jussisse eos saepissime easdem respondere in aliis quoq; significandis. Exempla confessi Cl. Glassius Rhet. S. pag. 467. Quibus plurima alia possunt addi. Interpres Novellarum idem illud frequenter fecit. Quoniam Græcum vocab. δόξα significat & gloriam & sententiam, ubi commode illud potuit vertere voce sententia, posuit vocem gloria, hancq; Græcae voci respondere jussit in altero quoq; significando. Sic servare dixit pro cavere, quia Græca vox φυλάθεδει utrumq; significat. Habet & scabra Irenæi versio plurima id genus, quæ quidem non libet hoc afferre.

XII. Ceterum, quid per vocabula λέγονται intelligat Aristoteles, licet etiam satis intelligi ex exemplo, quod addidit. Vocabulum τῶν tribuitur & vero homini, & picto. Sed non idem vocabulum est λέγον, cum vero homini, & cum picto tribuitur. Si enim quis dicat, quid eo significetur, cum alterutri eorum vocabulum attribuitur, proprium cuiusq; λέγον dabit. Quod antea dixerat λέγον τοῖς, appellat nunc λέγον sine addito, uti frequentissimè alias. Quod dicit λέγον τὸν διπλῶν, definitionem alicujus reddere, id alibi dicit ὁρισμῷ τῷ τὸν διπλῶν, itemq; τῷ ἐστὶν διπλῶν. A modi δόγμate διπλῶν est vocabulum illud, quod vel millies usurpatie Philosophus, & peculiari quodam significatu, quem Latino vocabulo haud semper facile est exprimere. Plerique vertunt vocabulo assignare: alii voc. attribuere: alii vocabulo reddere. Non autem putandum est, per λέγον τοῖς in verbis Aristotelis intelligi accuratissimam definitionem. Nam si ea intelligeretur, vox τῶν, quam Aristoteles in exemplum producit, minus esset apta ad rem explicandam. Hæc nimirum, ut tribuitur picto, accurate definiri non potest. Intelligamus igitur quamcunq; descriptionem rei, que nomine responderet.

XIII. Per homonyma, ut dictum est, intelliguntur due plurimi res.

resve res, quibus unum nomen tribuitur, sed ita, ut nomen non idem significet, atq; adçò diversis definitionibus sit explicandum. Deinde verò & ipsum commune nomen, quod diverso significatu pluribus tribuitur, ὄμωνυμον appellatur, atq; ita in ipsa & ὄμωνυμον appellatione homonymia exoritur. Maxime proprie quidem res ipsa dicitur ὄμωνυμον, quæ nim. nomen ὡς λιν., una cum aliâ commune habet. Usus tamen obtinuit, ut posterior significatus, quo tribuitur vocabulo, quod pluribus rebus commune est, magis frequentetur. Ipse etiam Aristoteles posteriorem hunc frequentissime usurpat. In libro de Soph. elenchis, ubi de fallacis ex homonymia orientibus agit, hæc habet: καὶ διάφορον ὁ Ἀριστοτέλεσθαι τὸ διάφορον λέξην καὶ τέλεον ὁ λέξην λέγει. Τὸ δὲ μετάνεαν ὄμωνυμον, τὸ λέξην εανικόν λέγεται προνον τῷ Πλάτωνι, οὐ τῷ Λαυδίᾳ τῷ Πλάτωνι. Vocabulum μαρτύρειν est homonymum: significat enim & intelligere utendo scientiā, & acquirere scientiam. Sic libro I. Top. c. 15. dicit, vocabulum μαρτύρειν esse homonymum. Eodem modo in hoc ipso cap. loquitur aliquoties.

XIV. Sunt verò & alia appellations, quibus vocabula, que pluribus tribuuntur diverso significatu, indigitantur. Perquam accommodata his est vox πολύονυμον, hoc est, multa significans: quam est Aristoteles, si reçle memini, usurpat. Andronicus, Interpres Aristotelis, talia appellat πολυονύμων, idq; non minus commode. Aristoteles sapissime etiam vocat μητροκός λεγέμηνα, οὐ ταῖον αχρῶν λεγόμενα, quæ multis modis dicuntur. Latini ea, quæ commune nomen habent, æquivoca dixerunt, quòd eorum alteri æquè tribuatur nomen, atq; alteri. Deinde & ipsum commune nomen appellant æquivocum. Atq; ita in his & illi admiserunt homonymiam. Ut tamen homonymiam istam explicarent, res, quæ commune nomen habent, barbari Philosophi dixerunt æquivoca æquivocata: ipsum autem commune nomen dixerunt æquivocum æquivocans.

XV. *Vocabula πολύτονα sive homonyma jam olim observatum fuit vel talia significare, quæ multum distant, multumq; sunt diversa, vel talia, inter quæ nonnihil est convenientia. Id Aristoteles lib. VII. Phys. c. 4. his verbis exponit: εἰσὶ δὲ τὰ ὁμονυμίῶν ἀπόδιπλα πολὺ ἀπέχεσσα, οὐ δέ λιγά διοιστηταί ἔχεσσα, Sunt autem & equivocationum aliae multum distantes, aliae habentes quandam similitudinem. Gemina his idem Philosophus scripsit l. V. Eth. c. 2. *Justitia & injustitia, inquit, pluribus modis dici videntur, ἀλλὰ διφτέραις ζωγέγγονται τὸν ὁμονυμίαν αὐτῶν, λαζαρίδες, καὶ στόχοις ἀπεργοῦσσι τὸν πόρρω, δῆλη μᾶλλον, sed quia propè est ipsorum homonymia, latet, nec sicut in iis, quæ procul distant, magis appetat. Sunt & nonnulla in eandem sententiam in libro I. Eth. c. 4. Sed quonam modo, inquit, dicuntur (ἀγαθαί) ? οὐδὲ εἰκεν τοῖς γε διπλῶν τούχης ὁμονύμοις. Αλλὰ ἀγαθαὶ ταῦτα φέρουσιν εἴναις η τοῦτος εἰν αὐταῖς ζωγέλειν; η μᾶλλον νοοῦνται; nunquid eo, quod ab uno sunt, vel ad unum omnia ipsa conferuntur? An potius secundum proportionem? (similitudinem) Nam quemadmodum in corpore est visus, sic in animâ est mens: & aliud in alio.**

XVI. *Ex his Aristotelis desumpta est vulgaris divisio hominorum in homonyma casu & homonyma consilio. Si nim. duæ pluresve res unum nomen habeant, neque appareat aliqua similitudo, aut cognatio inter illas, propter quam commune nomen habere possint videri, dicuntur ea homonyma διπλῶν τούχης casu. Ipsum deinde commune nomen, quod talibus rebus tribuitur, vocatur iidem homonymum casu. Si autem occasio quædam appareat, ob quam duæ res commune nomen habeant, dicuntur illæ homonyma consilio. Ipsum deinde vocabulum talibus rebus tributum dicitur homonymum consilio. Utrorumque ex variis linguis possunt exempla petiri. Nos posteriorum modo pauca producemos. In Hebræa lingua ηγε iram significat. Eadem verè vox significat quoque faciem. Non sanè διπλῶν τούχης, sed*

sed quia est cognatio quædam inter duo ista significata. In facie nimis
ira maximè apparet. Sic vox **ἄριστος** significat enumerationem, cata-
logum, recensionem. Quæ significatio oritur ex ipsis radicis signifi-
cations. Deinde verò idem vocabulum significat etiam librum, & epi-
stolam. Idq[ue] itidem non διάτονος, sed quia utriusque significatus
est cognatio quædam. Ex Græcâ lingvâ capiamus in exemplum
vocabulum dñi. Significat ea & justitiam, & jus, & judicium, & causam,
& actionem, & litem, & denique pœnam. Quorum omnium signifi-
catorum est cognatio quædam, ut facile intelligitur. In Latinâ lin-
gvâ exempla sunt in vocibus, calamus, rosa, nux, canis, & similibus:
quæ plura quidem significant, sed ita, ut significatorum quædam sit
cognatio.

XVII. Ex homonymis consilio quædam Aristotelis vocantur
τὰ ἀφέντα, οὐ τὰς εἰς ab uno & ad unum: quædam etiam vo-
cantur **τὰς αὐτοτοιχίας**. Recolamus ipsius verba: Sed quonam
modo (honor, prudentia, voluptas) dicuntur (**ἀρετὰ**)? Non enim videntur esse ὄμοιων τὸ τύχη, homonyma
casu. Nunquid eo, quod ab uno sunt, vel ad unum omnia
ipsa conferuntur? An potius **τὰς αὐτοτοιχίας** secundum pro-
portionem (similitudinem, convenientiam, comparationem) Nam
quemadmodum in corpore est visus: sic in animâ est
mens. Querit hîc Philosophus, quonam modo honor, prudentia, vo-
luptas, & cetera dicantur? Respondeat sibi ipsi, non esse æquivoca casu,
hoc est, non forte fortuna esse factum, ut illis omnibus unum nomen co-
perit tribui. Relinquit igitur fuisse occasionem quandam, propter
quam id fuerit factum. Ponit autem duplicitis generis cognitionem, pro-
pter quam fieri soleat, ut diversæ res unum nomen sortiantur, quod
nim. quandoque ad unum omnia referantur: deinde quod una res sit
similis alteri. Posterioris addit exemplum, propriè nim. **τὸν** dici ali-
quid in corpore: secundum similitudinem autem, idem vocabulum
tribui alicui rei, quæ est in animâ, tu voi puta, intellectui.

XVIII. *Duae voces ngl̄. aratoyas vulgo vertuntur secundūm proportionem: itemq; secundum proportionalitatem. Significat autem h̄c vox aratoyas non Mathematicam proportionem, sed quamecumque similitudinem, comparationem, convenientiam. Sic & alibi: Unumquodque bonum non quolibet dignum est, sed quædam est aratoya & r̄ aq̄s̄t̄o, convenientia, ut arma pulchra nequaquam justo convenient, sed forti, l. H. Rhet. c. 9. In nostro iure argumento: Sunt & quivocationum aliæ quidem multum distantes, aliæ habentes quandam similitudinem, οἱ ἐγγόνιοι, οἱ γένοι, η aratoya, aliæ autem propinquæ, aut genere, aut analogiæ, (convenientia, proportione.) Homonyma ngl̄. aratoyas nostri vocare solent analogia proportionis. Quæ appellatio ex vulgata versione verborum Aristoteles fabricata videtur à Cajetano. Habet autem, ut apparet Iān̄. aratoya & ἀντίστροφον. Alii vocant analogia secundūm proportionalitatem. Hi nim. illud observant quod quidam Mathematici aratoya usq̄ in grecis malunt cum Boëthio appellare proportionalitatem, quam proportionem: illud autem, ex quo analogia ista componitur, hoc est, λόγος, proportionem vocant. Porro analogia ista, sive & ngl̄. aratoya vulgo censentur duūm esse generum. Primi quidē sunt illa, quæ de uno propriè, de altero impropriè, sive metaphorice dicuntur, verbi causâ, cum vulpes dicitur de animali quadrupede ganniente, & de homine astuto; cum ridere dicitur de homine, & de prato. Alterius generis sunt, quæ quidem non de uno propriè, de altero metaphorice dicuntur: & tamen pluribus tribuuntur propriè convenientiam quandam, quam illa inter se habent. Sic principium dicitur de corde animalis, & de fundamento domus.*

XIX. *Inter homonyma consilio peculiari consideratione digna sunt illa, quæ Aristoteles vocat ἀριθμοὶ, η τεχνὲ: quæ & ipsa ab eodem distinguuntur ab homonymis δῶδε τόχης, in verbis, quæ paulo ante produximus. Cajetanus, & alii vocant analogia attributio-
nis. Quæ appellatio videtur orta esse ex Latinâ versione quo-
rundam*

rundam verborum Aristotelis. Nos hæc ipsa, quia huc non male
pertinent, & Latinam quoq; versionem, quam Beffarion fecit, procula-
cemus. Habent autem ita: Επεὶ δὲ πάντα τὰς τὸ πεῖσμαν ἀναφέρε-
ται οἷον δοῦλον ἐν λέγεται τὰς τὸ πεῖσμαν συ, ὡσαύτως Φατίον γέ ταῖς
τοῖς, γέ εἰπες, γέ τὸ στοιχίον ἔχειν. οὗτος δελόμενος ποικιλός λέγεται
ἔργασον, εἰς τοις σποδοτέον τῷρες, τὸ πεῖσμαν ἐν ἑκάστη ημέρᾳ πάντηνεσται, πως
τῷρες ἐκεῖνο λέγεται. Τὰ μὲν γὰρ τὰ ἔχειν στοῖχα. πέ τοι πολὺν, πε τοι
καὶ ἄλλας λεχθῆσθαι τοις ταῖς τοῖς πόροις. Cum a. ad primum cuncta
reducuntur, utputa quotcunq; unum dicuntur, ad pri-
mum unum, similiter de eodem, & diversis, & contrariis
dicendum se habere. Qvapropter dividendo, qvoties sin-
gula dicuntur, sic attribuendum est ad primum in uno
qvoq; prædicamento, qvomodo ad illud dicitur, qvæ-
dam eò qvod habent illud: qvædam eò, qvod faciunt:
qvædam secundum alios hujuscemodi modos dicentur,
IV. Metaph. c. 2. Dicit hic Philosophus, eum, qui velit distin-
gere, quot modis vocabula accipiuntur, ita debere attribuere ad pri-
mum in quolibet prædicamento, uti ad illud ipsum dicitur. Ex ver-
sione vocis σποδοτέον videtur orta esse, ut dixi, analogorum
attributionis appellatio.

XX. Sed ex eodem capite, ex quo præcedentia produximus,
producamus & alia. Ens, inquit, multipliciter quidem
dicitur, αλλὰ τῷρες ἐν καὶ μίαν τιὰ φύσιν, καὶ εἰς ἐμανύματα,
verum ad unum, unamq; ve, qvandam naturam, & non
æqvivocè, sed qvemadmodum omne οὐτενὸν ad san-
itatē, qvoddam eo, qvod conservat: qvoddam eo,
qvod facit: qvoddam eò, qvod signum sanitatis, qvod-
dam verò eo, qvod δεκτὸν αὐτὸς capax ejus est sive
eam habet. Habemus in his exempla τὸ αριθμὸν τῶν τῷρες.
Ac in iis, quæ mox sequuntur, exponuntur etiam alia. Voca-
bulum οὐτενὸν plura significat, hæc puta, conservans sanitatem,
effici-

efficiens sanitatem, indicans sanitatem, & deniq; habens sanitatem. Prima significacione potest tribui cibo: altera medicamento: tertia urinæ: quartæ homini vel ali animali. Totidem ferè significaciones habet etiam Germanica vox gesund. Latina autem vox sanum potest Græcæ isti, atq; item Germanicæ respondere in aliquo significatu: sed non in omni. Σῶον ὑγιεινὸν Latinè reele dicetur animal sanū. Non autem, ut Phænomenon dicitur ὑγιεινὸν, ita idem Latinè dici potest sanū. Germani reele dicunt, ein gesunder Gott/ eine gesunde Lusst. In Latinâ autem lingua minus reele diceretur, sanus locus, sanus aëris. Latini enim ista salubria dicunt.

XXI. Ut nō à φ. εὐος amplius consideremus, afferenda fuerit eorum definitio, quam vulgo ex Cajetano proponunt. Ea verò hæc est: Analogæ attributionis dicuntur, qvorum est idē nomen, & ratio eadem qvidem qvoad terminum, sed diversa qvoad habitudines ad illum. Ponamus exempla: Cibus, medicamentum, pulsus, animal. His omnibus potest tribui Græca vox ὑγιεινόν. An verò eadem quoq; definitio potest tribui secundum illud nomen? Respondendum ex ista definitione, rationem (definitionem) esse quidem eandem quoad (quod ad) terminum, sed diversam quoad (quod ad) habitudines ad illum. Repetamus & definitiones sive descriptiones vocabuli ὑγιεινόν, indicans sanitatem, conservans sanitatem, efficiens sanitatem, habens sanitatem. In his rationibus sive definitionibus dicunt esse eundem terminum, sed diversas habitudines sive respectus ad illum. Habent descriptiuncula istæ duas voces, quarum altera signum est respectivæ notionis sive conceptus: altera verò signum alicujus notionis, quæ respectivam terminat. Indicans est indicans alicujus: Conservans est alicujus conservans: sic & in cæteris. Sunt igitur voces respectum ad aliud connotantes. Sed respectus in singulis est alius, atq; alius. Neq; enim indicans est idem quod conservans. Id autem quod respondet diversis illis respectivis vocibus atq; adeò notionibus, sive id, quod easdem terminat, scilicet in omni-

in omnibus istis descriptiunculis idem, vox nim. atq; adeò notio sanitatis. Atq; ita secundum Cajetani definitionem ista se habent.

XXII. Alii in analogis attributionis, quæ vocant, aliquid amplius requirunt. Id verbis Gilb. Facchæi exponemus: Deinde, inquit, in priori attributione (quæ est in nis wēdē) secundarium analogatum, ut tali nomine significatur, definitur per primum. Si enim quæris, quid sit urina sana, respondes significatricem esse sanitatis in animali, lib. I. Metaph. c. 6. In eandem sententiam in capite quinto ita scribit: Primum analogatum ponitur in definitione cæterorum, Gemina istis habet Rodericus de Arriaga in paginâ 149. cursus philosophici. Ponamus nos duo analogata, ut Facch. vocat, habens sanitatem, & indicans sanitatem. Utrumq; exprimitur voce sanum secundum Facchæi sententiam. Sed unum primariò: alterum secundariò. Et alterum igitur dicitur analogatum primarium, alterum secundarium. Præterea verò secundum ista secundarium debet definiri per primarium, hoc est, notio primarii debet contineri in definitione secundarii. Nam consideremus illa, qua paulo ante sunt dicta. Secundum ea sanum, cum homini tribuitur, significat habens sanitatem, sive, ut cum Aristotele loquamur, δακτυλίῳ τῷ ιατροῦ; cum urina tribuitur, significat indicans sanitatem. Non autem hic apparet, unum analogatorum definiri per alterum, secundarium puta per primarium. Tantum in verbis habens sanitatem, & in verbis indicans sanitatem est una communis vox, atq; adeò communis notio, quam eundem terminum vocare solent. Propter eam non magis posterius per prius, quam prius per posterius dici potest definiri. Ut autem posterius per prius dicatur esse definitum, faciendum ita fuerit. Primo sanum, ut homini tribuitur, definitur, quod sit habens sanitatem, sive præditum sanitatem. Deinde, ut urina tribuitur eadem vox, definitur ita, arguens sive indicans id, quod sanitatem est præditum, sive quod sanitatem habet. Ita nim.

C

apparet

apparet, quænam sit à ψεχή, sive quodnam sit à πνεύμα, ad quid cetera significata reducuntur.

XXIII. In eam sententiam summus Vir, Joach. Jungius, qui in hac Academiâ plusculos abhinc annos mathemata docuit, à ψεχή perspicue definitivit, quod sint æquivalentia, quorum unum est, in cuius notionem reliquorum notiones resolvantur. Primo sanum, ut animali tribuitur, definit, quod sit tale quod functiones suas absq; impedimento interno obire potest. Deinde sanum ut pulsui tribuitur, definit, quod sit arguens sanum animal: ut medicamento tribuitur, quod sit animal ex agro sanum efficiens: deniq; ut cibo tribuitur, quod sit conservans sanum animal. Satis hic apparet notionem sani, quæ medicamento & aliis tribuitur, resolvi in notionem sani, quæ animali tribuitur. Notio nim. efficientis aut arguentis sanum animal composita est ex notione efficientis, aut arguentis, & ex notione sani animalis.

XXIV. Talium igitur à ψεχή complura licet congeri exempla. Primo nonnulla capiamus ex Logicis. Infinitum de nomine, & de enunciatione diciunt per homonymiam à ψεχή, hoc est, unum in alterius notione resolvitur, sive unum definitur per alterum. Nomen dicitur αὐτός infinitum, si præfixa sit vocula non. Cum autem enunciationi tribuitur à ψεχή infinitum, significat id, quod constat ex nomine infinito, sive tali quod præfixam particulam non habet. Sic hypotheticum dicitur de enunciatione, & syllogismo. Cum enunciationi tribuitur, significat id, quod sub conditione aliud de alio enunciatur. Cum autem syllogismo tribuitur, significat illud, quod constat ex enunciatione hypothetica. Eodem modo dicuntur poetica illæ πηνεις, pallida mors, tristis senectus, & id genus aliae. Pallidum primò dicitur de eo, quod pallorem habet. Deinde de eo, quod facit, ut quid pallorem habeat. Posterius horum manifestè resolvitur in notione alterius, nimirum notio facientis, ut quid pallorem habeat, in notione habentis pallorem. Sic Græcum dicitur

de

de homine, & lingua. Græcus homo est, qui in Græciâ est natus: Græca Lingua est, quâ utuntur illi, qui in Græciâ nascuntur. Sic breve de tempore, & sono. Sonus nim. brevis dicitur, qui brevi tempore existit. Sic simum de naso, & homine. Homo simus est, qui habet nasum simum. Sic cæsum de oculo, & coronâ oculi. Oculus cæsius est, qui habet coronam cæsiam.

XXV. Consideremus etiam, quomodo Aristoteles exposuerit, vocabulum ὑγρείον dici à Φ. ἔνος; ή τοις; εύ. Ejus verba ita habent: Ens multipliciter quidem dicitur, verum ad unum, unamq; quandam naturam, & non æquivocè, αλλα τοτε εἰς τὸ ὑγρείον ἀπειπεν τοις; εύτειαν. τὸ μήπο τῷ Φυλάθειν, τὸ δὲ τῷ ποιεῖν, τὸ δὲ τῷ οπίσιον εἶναι τὸ εὐτείας, τὸ δὲ οἱ δειλικοὶ αὐτοῖς, sed quemadmodum omne ὑγρείον ad sanitatem: quoddam eo, quod conservat: quoddam eo, quod facit: quoddam eo, quod signum sanitatis: quoddam vero, quod capax ejus est, I. III. Metaph. c. 2. τὸ ὑγρείον significat, tum habens sanitatem, sive præditum sanitatem: tum indicans sanitatem: tum efficiens sanitatem tum deniq; conservans sanitatem. Vel, ut alii verbis id dicamus, exprimuntur quatuor isti conceptus communi nomine ὑγρείον. Quæritur autem, an propter quadruplicem vocabuli ὑγρείον intellectum, ipsum putandum sit à Φ. ενος dici. Aristoteles sanè id liquidò satis afferuit. Neq; dissentit philosophantium quisquam. Sed quodnam ex quatuor ipsis significatis erit & illud, sive τὸ πεπλέν, ad quod cætera reducuntur? Aristoteles videtur illud velle, τὸ ὑγρείον esse illud εν, τοις; οδι ad quod fit reductio. Dicit enim, ὑγρείον εἴτε εὐτείας. An igitur hoc vult, τὸ δειλικόν τὸ εὐτείας prædictum sanitatem, aut τὸ μηδικόν τὸ εὐτείας effectivum sanitatis dici ὑγρείον, quia εὐτεία dicitur ὑγρείον? quemadmodum scil. dicit τὸ μηδικόν, η τὸ δειλικόν τὸ εὐτείας dici ον, quia η εὐτεία dicitur ον. Non videtur id velle. Sanè τὸ ὑγρείον potest significare τὸ εὐτείας, quemadmodum τὸ διτείας significare potest τὸ διτείας.

C 2

Hoc

Hoc tamen Aristoteles non intendit. Tantum enim illud dicit, τὸν γενέρον significare vel δεύτερον τὸν ὄγκεα, vel ejusdem φυλακέν, vel ejusdem μηλάν, vel deniq; ejusdem οὐρανόντος. Videlur sane his Aristotelis philosophematisbus consentaneum ferè esse illud, quod ex definitione analogorum attributionis, quam Cajetanus fecit, circumferatur de communi termino, qui sit in τῷ αὐτῷ τὸν ὄγκον, η τοῦτο τὸν. Quae nostra super his sit sententia, ex iis, quae paulo ante diximus, intelligi licet.

XXVI. Quod nos τῷ αὐτῷ τὸν ὄγκον, καὶ τῷ καὶ τῷ αὐτοῖς in homonymis numeramus, id non sumus nescii quibusdam minus placere. Cum aliquot abhinc annis in eam sententiam scripsisset Vir Clarissimus, ab alio quodam Viro Cl. eo nomine graviter fuit reprehensus. Sed Jane, nostro quidem judicio, immerito id est factum. Nec desunt Viri Cl. qui nobis sint ἐμόψυχοι. Vir summus Joach. Fungius, ubi de homonymis agit, disertè prædicta illa in homonymis numerat. B. quoq; Horneius in Institutionibus Logicis aperè scripsit, aequivoca consilio uno nomine analoga nunc dici, hisq; adeò professus est, se analoga pro aequivocis habere. Gilb. Jacobæus item in Institutionum Metaphysicarum libro primo, ubi de analogis attributionis agit, disertè hæc addit: Et hujusmodi analogia à Logicis aequivoca appellantur, ut in prædicamentorum initio constat. Aristoteles verò in Metaphysicis vocat ad unum.

XXVII. Nec Aristotelem credendum est aliter sensisse, quam prædicti Viri pronunciarunt. Quod enim proferunt verba ejus ex IV. Metaph. c. 2. ut aliter ipsum sensisse doceant, id videtur parum accommodare fieri. Verba ita habent: τὸν δὲ multipliciter quidem dicitur, verum ad unum, unamq; quandam naturam, τὴν ἡχὴν οὐρανούμως & non aequivocè, sed quemadmodum omne ὑγεινὸν τοῦτο ὄγκεα. Sanè in his τῷ αὐτῷ τὸν ὄγκον, η τοῦτο τὸν vocabula οὐρανούμων καὶ οὐρανούμων non semper eodem modo ab Aristotele usurpari.

asurpari. In his quidem, quæ nunc produximus, paulo strictius accipitur, & significat tale homonymum, quod Aristoteles ἀριστοχεῖς alibi appellat: cum nim. nulla apparet occasio aut ratio, ob quam duas res communē appellationē sint fortuitæ. Alibi verò qua vis μηλαχῶς λεγόμενα dicuntur ὄμαινυμε: & quævis res, quibus tribuitur nomen μηλαχῶς λεγόμενον, dicuntur ὄμαινυμε. Exemplum est in lib. I. Eth. Nicom. c. 6. Sed quonam modo, inquit, (honor, prudenter, voluptas) dicuntur (ἀριστὰ)? Non enim videntur esse ὄμαινυμε ἀριστοχεῖς æquivoca à fortunā. Αλλ' ἀριστὴ τῷ ἀριστὸς εἴναι, οὐδὲς εἰς αὐτὴν. Κωνιζελεῖν; ή μᾶλλον καὶ ἀναλογίας; nunquid eo, quod ab uno sunt, vel ad unum omnia ipsa conferuntur? An magis secundum proportionem (similitudinem, convenientiam). Negat Philosophus honorem, prudentiam, & voluptatem respectu vocabuli ἀριστὸν esse homonyma casu. Relinquit autem, esse homonyma consilio, sive propinquia. Horum cum duo sint genera, quæ frequentissimè observantur, disquirit amplius, ad quodnam genus sint referenda honor, prudentia, & voluptas, cum ἀριστὰ ea dicuntur. Videlicet autem hoc velle, ἀριστὰ dici omnia illa, non tam τῷ ἀριστὸς εἴναι, quam καὶ ἀναλογίας.

XXIX. Τὰ καὶ ἀναλογίας homonyma esse quis neget? Si ex sensibus unis, atq[ue] item intellectui tribuatur τὸ videre, quis non intelligit, sensum istum; ac intellectum respectu illius vocabuli homonyma esse? Recolamus illa, quæ suprà produximus ex septimo physicorum. Sunt, æquivocationum aliæ quidem multum distantes, aliæ autem habentes quandam similitudinem, atq[ue] ἐγγὺς ή γένι, ή ἀναλογία, aliæ autem propinquæ, aut genere, aut analogiâ. Quæ in alteris verbis vocat τὰ καὶ ἀναλογία, ea in his vocat homonyma τὰ ἐγγὺς τῆς ἀναλογία. Τὰ καὶ ἀναλογία, qualia hic intelligenda sunt, intelligo etiam in his verbis: Καὶ ἀναλογία, ἢ (εἰς τὸν) οὐταὶ ἔχει, οὐδὲ ἀλλο τοῦτος ἀλλο. Leguntur ea lib. V. Metaph. c. de uno. Deinde τὰ ἀριστὸς homonyma esse, quæ

quæ so negari potest? Sanè animal, cibus, medicamentum, urina habent commune nomen τὸ οὐνεῖν: quæ verò secundum illud nomen essentia definitio est, ea diversa est. Non potest eā definitione, ac notione istuc vocabulum tribui animali, quā tribuitur cibo, medicamento, urinæ, aéri, atq; aliis. Nec horum uni eā notione potest tribui, quā alteri tribuitur. Non licet, inquam, cogitare quicquam, quod ad homonyma requiratur, nec in his nostris sufficienter appareat.

XXIX. Antequam finem faciamus commentandi, addemus nonnulla ὡριστικά. Quae Aristotelis de eo mens sit, appareat sere tum ex verbis quibusdam, quae suprà produximus, tum etiam ex his: οὐ τοῦ μὴ τὸν λέγει τολμαχίως μήδη, εἰπεὶ τὸν πάντας μίαν δέχεται. τὰ μὲν γὰρ, ἣν σύστα, ἐν τῷ λέγει, τὰ δὲ ὅπερ πάθη σύστα, τὰ δέ, ὅποδός εἰς σύστα, η̄ Φθορά, η̄ σερῆστεις, η̄ ποιότητες, η̄ ποιητική, η̄ φυσική τοῦ σύστα, η̄ τὸ πέρι τῶν σύσταν λεζομένων, η̄ τὰ των πόδων φάστεις, η̄ σύστα. Leguntur ista in IV. Metaph. cap. secundo. Mens Aristotelis videtur hac esse vocabulum ὃν dici multis modis, & diversa significare, sed inter omnia significata unum esse, ad quod cetera referantur. Πάντα, inquit, πέρι μίαν δέχεται. Idem etiam exprimit his verbis: πέρι μίαν Φύσιν. Itemq; istis, πάντα πέρι τὸ πέρι τῶν ἀναφέρεται. πέρι δὲ ἀπονέμεται τελεῖται. Primo τὸ ὃν secundum Aristotalem significat τὸν substantiam, id est primario. Deinde & qualitas substantiae, & effectivum, & generativum, & privatio, aliaq; ejusdem dicuntur ὄντα. σύστα est τὸ πέρι τῶν, sive η̄ δέχηται, ad quam cetera significata referuntur.

XXX. *Addam & alia verba Philosophi, ex quibus eadem illa possint intelligi. Tὸ ὄν, inquit, λέγετο πολλαχῶς. Σημαίνει τὸ μὲν πέπιστι, καὶ τὸ δέπι, τὸ ἡ, ὅτι πιον, η πιπόνη τὸ ἀλλωνεκτον τὸ γέτω κατηγορεύμενων. ποσανταχῶς ἡ λεγομένη τὸ ὄντος, Φανερὸν, ὅτι τέτων πρώτην, τὸ πέπιστιν, ὅπερ σημαίνει τὸ δύσιστον. Τὰ δὲ ἄλλα λέγεται εὐτε τῷ τὸ ὄντος ὄντος ὄντος, τὸ μὲν ποστιλας εἶναι, τὸ δὲ ποιότητας, τὸ δὲ πάθη, τὸ δὲ ἄλλο τοιςδέ. Leguntur ista in VII. Metaph. c. primo.*

In his Philosophus ἔστιαν, substantiam vocat ὅντως τὸν: alia dicie
appellationem τὸν ὄντα fortiri, quod sint substantiae vel qualitates,
vel quantitates, vel affectiones, vel aliud quid eiusdem. An igitur
credemus, τὸν ἔστιαν, & illa, quae sunt τὸν ἔστιαν, ad vocabulum τὸν se
ita habere, ut arbor, quae Grecè ξερόν dicitur, & fructus, qui Græcè
dicitur κέρανον, ad Latinum vocabulum nux se habent? Ut adeò τὸν
primariò significet τὸν ἔστιαν: secundariò id, quod est τὸν ἔστιαν, quem-
admodum vocabulum nux primariò significat ξερόν, secundariò τὸν
κέρανον. Quamquam non potest satis certò sciri, an istuc vocabulum
nux primò institutum sit ad significandam dielam arborem, an verò
ad fructum ejus significandum. Nos Germani sanè à nominibus
fructuum fabricamus ipsarum arborum nomina. Ut autem id, quod
res est, dicamus, non videtur eodem modo se habere vocabulum τὸν,
quo Latinū vocab. nux. Hoc enim statuendum est primariò insti-
tutum esse ad significandum vel arborem, vel ejus fructum. Tὸν au-
tem non videtur institutum fuisse à Græcis ad significandam immedia-
te τὸν ἔστιαν substantiam, sed ad significandum aliquid, quod potest
τὸν τὸν ἔστιαν κατηγορίας de substantiā prædicari: quemad-
modum τὸν ζῷον, τὸν ζελατικὸν non sunt instituta ad significandum
hominem, sed ad significanda talia, quae de homine possunt prædicari,
primum quidem ad significandum animal: alterum ad significandum
τὸν risivum.

XXXI. Arg hoc illud est, quod nostræ etatis philosophi
constanter afferunt, τὸν significare omnino conceptum aliquem, qui
conceptu substantiae & accidentis sit latior: quicq; adeò & de substi-
tiā, & de accidente possit prædicari. Illorum autem quidam volunt, τὸν
synonymicè prædicari de substantiā, & accidente: quidam conten-
dunt non synonymicè, sed alio modo prædicari. Synonymicè prædi-
car, afferuit jam olim Scotus. Quem etiam sequuntur duæ di-
sciplinae, Scotistarum puta, & Nominalium. Alteram quoq; senten-
tiam nostrā etate tenent quam plurimi. Communem tamen conce-
ptum

peum entis acriter bi quoq; propugnant. Adscribam quedam Gilb.
Facchai verba, ex quibus id appareat. Et profecto, inquit, ante-
quam entis conceptus (enit conceptum, qui substantiae & acci-
denti communis es) negem, admittere malo univocationem
istam, (Scoti, de quâ in precedentibus dixerat,) l. I. Instit. Me-
taph. c. 6. Adjungam & illa, quæ mox sequuntur: Quia tamen
genus univocum ex æquo convenit omnibus, imò pariter
descendit, hoc est, non inest uni prius, alteri posterius, nec inest uni propter alterum, ideo probabile judi-
co, ens non dici univocè de inferioribus. Ex his Facchai
primò apparet, ipsum, si una duarum sententiarum omnino dimitten-
da sit, citius dimittere voluisse sententiam suam de eo, quod ens non
prædicetur synonymice, quam alteram illam de conceptu entis, qui
substantiae & accidenti communis sit. Deinde & illud apparet, non
tamen existimasse ipsum, ens de substantiâ & accidente synonymicè dicitur.
Quid vero causa est, cur non sustinuit ita existimare? Illud, ut apparet,
quod ens substantiae prius, accidenti posterioris insit. Ens autem prius in-
esse substantiae, accidenti posteriori, propterea dicunt, quod substantia per
se subsistit: accidens vero non per se subsistit, sed semper est in subjecto.

XXXII. Secundum ista philosophemata, ut aliquid de aliquibus synonymi-
cè dicatur, necesse est illud non dici de uno prius, de altero posteriori.
Quid vero per pñtēs dici prius, & dici posterior intelligant, ex addito
exemplo est conjiciendum. Sed in synonymorum definitione non solent id
exprimere. Vulgaris definitio ita habet: synonyma sunt, quorum nomen
commune est, & que juxta illud nomen essentia definitio est, eadem est.
Huic, si predicta illa recte se habent, addendum quidpiam fuerit, hoc pu-
ta, synonyma esse talia, quorum utrumq; sine altero possit existere, & quo-
rum alterum ab altero non sit ortum. Si cui vero haec addenda videantur,
non poterit istituere, corpus simplex, & mixtum synonyma esse. Multa
etiam alia, quæ vulgo pro synonymis habentur, in iis numeranda minimè
forent. Non temere sane quispiam negaverit, naturalem potentiam, &
habitum esse veras species qualitatis, atq; adeò synonyma. Horum tamen
alterum non potest existere, nisi existat & alterum, vel potius præexistat.
Sed paginarum modus plura non capit. Et nunc igitur nobis est de-
finendum.

• 6 : 80





de homine, & lingua. Græcus homo est, qui in Græca Lingua est, quā utuntur illi, qui in Græci breve de tempore, & sono. Sonus nim. brevis tempore existit. Sic simum de naso, & homine est, qui habet nasum simum. Sic cæsum de oculi. Oculus cæsius est, qui habet coronam cæsiam.

XXV. Consideremus etiam, quomodo rit, vocabulum ὑγείαν dici à φ. ἔρως, η ωρᾶς ἐρ. I. bent: Ens multipliciter. Quidem dicitur, v. unamq; quandam naturam, & non æquiv τὸ ὑγείαν ἀπὸ τῶν ωρῶν, τὸ μὴ τὸ Φυλάθε ἢ τὸ σημεῖον εἴναι τὸ ὑγείας, τὸ δὲ ὅλη δεκτὴν αὐ modum omne ὑγείαν ad sanitatem: quo conservat: quoddam eo, quod facit: quo signum sanitatis: quoddam verò, quo I. III. Metaph. c. 2. τὸ ὑγείαν significat, tum sive præditum sanitatem: tum indicans sanitatem tam deniq; conservans sanitatem. Vels camus, exprimuntur quatuor isti conceptus comit. Quæritur autem, an propter quadruplices intellectum, ipsum putandum sit à φ. ἔρως dici. quidq; satis afferuit. Neq; dissentit philosophant quodnam ex quatuor istis significatis erit ἐν illius quod cætera reducuntur? Aristoteles videtur illi esse illud ἐν, ωρᾶς ὁ ad quod sit reducō. Dicit ωρᾶς ὑγείας. An igitur hoc vult, τὸ δεκτὸ tum sanitatem, aut τὸ μὴ τὸν τὸ ὑγείας effidi dici ὑγείαν, quia ὑγεία dicitur ὑγείαν? quen tū ποιητεῖ, η τὸ ποιητεῖ τὸ γένος dici ὁ, qui Non videtur id velle. Sanè τὸ ὑγείαν potest. au, quemadmodum τὸ θεῖον significare po

C 2

